



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LVI. Bischof Dieterich von Havelberg citirt in Sachen der Ermordung des Erzbischofes Burchard von Magdeburg die Bürger zu Halle zu sich, im Jahre 1338.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

rium exfoluendi et emendi castrum et opidum dictum Wittenberg a strenuo uiro Georio de Garstelbutel, qui a nobis ipsum in feodum tenuit, cum uniuersis suis pertinenciis etc., Sicut ipsum Georius a nobis tenuit et possedit sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidendum. Tali tamen conditione interposita uel adiecta, quod nos heredes et successores nostri habebimus et habebunt reemendi a predicto domino Johanne de Buch vel ab eius heredibus feodi capacibus pro mille et centum marcis argenti brandenburgenis et ponderis dictum castrum et opidum cum conditionibus uniuersis preexpressis, dum noluerimus aut noluerint, facultatem liberam, contradictione ipsius et ipsorum qualibet quiescente. Poterimus etiam, si idem dominus Johannes de Buch heredibus feodi capacibus non derelictis decefferit, quod absit, a filiabus suis id ipsum castrum et opidum cum suis pertinentiis pro octingentis marcis argenti brandenburgenis et ponderis reemere, dum nobis aut nostris heredibus uidetur expedire. Nolentes etiam quod predicti castri et opidi reemptio, per nos, heredes et successores nostros facienda, sibi uel heredibus suis in territorio siue dominio dicto Garstowe uel in ipsorum pertinentiis quibuscunque grauamen et preiudicium aliquod inferat uel inducat. Debebimus etiam sibi quantitatem summe, ad centum marcas argenti brandenburgenis et ponderis se extendentem, in structuram et edificia rite conuersam reemptionis tempore plenarie refarcire. Volumus etiam et tenebimur sibi super bonis uel redditibus quibuscunque ex nouo ab ipso castris legitime comparatis uel comparandis secundum estimationem ydoneorum sufficientem facere recompensam. Nunciamus etiam ipsum dominum Johannem de Buch, de quingentis marcis, a predicto Georio de Garstelbuttel occasione placitorum pro dicto castro et opido habitorum perceptis, quod dicta summa in computationem per ipsum dominum Johannem, in Prenzla factam, deuenerat, quitum presentibus et solutum. Testes huius sunt nobilis uir Hermannus comes de Hennenberg, Dippoldus Guffo, Beringerus Helo marscalcus, Jo. Hufener magister camere, Bonbrecht pincerna, cum ceteris pluribus fide dignis. Datam Spandow, anno, die, loco et tempore prenotato.

Beckmann's Beschreib. d. Churm. V, II, VIII, Sp. 329.

LVI. Bischof Dieterich von Havelberg citirt in Sachen der Ermordung des Erzbischofs Burchard von Magdeburg die Bürger zu Halle vor sich, im Jahre 1338.

Thidericys, Dei gratia Havelbergenfis ecclesie Episcopus, iudex vnicus quoad negotium infra scriptum a sede apostolica deputatus, discretis uiris, Rectoribus Ecclesiarum per opidum Hallense, constitutis, salutem et mandatis Apostolicis firmiter obedire. Cum consules et rectores opidi Hallensis, Magdeb. diocesis, in negotio confirmationis cuiusdam sententie, diffinitive late per venerabilem in Christo patrem et dominum, dominum Ottonem, sancte Magdeburgenfis Ecclesie Archiepiscopum, olim pro eisdem, occasione infamie, qua infamati extiterant super interfectione domini Borchardi, quondam eiusdem Archiepiscopi felicis memorie, Nos auctoritate apostolica indicem impetrauerint; Auctoritate igitur harum literarum discretioni vestre committimus et mandamus, quatinus citetis publice et peremptorie omnes et singulos, qui dicte confirmationis negotio opponere se uoluerint siue possint de iure, ut compareant coram nobis, feria secunda proxima post festum beati Martini, ad procedendum in toto negotio predicto et ad sententiam diffinitiuam, prout dictauerit iuris ordo, eis intimandam. Quod si non uenerint, prout persuadebunt iura, nihilominus procedemus. Datum Anno Domini M. CCC. XXXVIII.

in die beatorum Confessorum Galli et Lulli. Reddite literam vestris Sigillis sigillatam, in signum executionis per vos facte.

Ludewig, Reliq. manuscript. XII, 239.

LVII. Dieterich, Bischof von Havelberg, bestätigt das Endurtheil in Sachen der Bürger zu Halle wegen der Ermordung des Erzbischofs Burchard, im Jahre 1338.

In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Nos Thidericus, dei gracia havelbergensis ecclesie episcopus, uniuersis Christi fidelibus — Salutem et pacem — cum notitia subscriptorum. — Coram nobis in iudicio constitutus Syndicus et procurator — Consulium, Scabinorum et Magistrorum Uniuersitatis opidi Hallensis — quasdam litteras apostolicas — et quandam diffinitiuam sententiam — domini Ottonis — sancte Magdeburgensis ecclesie — nunc in Archiepiscopum consecrati — exhibuit. Post quarum litterarum presentationem dictus Syndicus instanter petiit, ut in negotio confirmationis supradicte sentencie auctoritate apostolica procedere dignaremur —. Unde nos Theodoricus Havelbergensis ecclesie Episcopus — hac die presenti, itatuto a nobis pro termino peremptorio ad audiendam nostram sententiam diffinitiuam, pro tribunali sedentes, dei nomine invocato, secundum ea, que uidimus et cognouimus, habita matura deliberatione et communicato consilio sapientum, diffinitius pronunciamus sententiam et declaramus in his scriptis, dominum Ottonem, nunc Archiepiscopum, tunc uero electum Magdeb., auctoritate dicte sedis iuste et canonice in negotio inquisitionis dictorum opidanorum et uniuersitatis opidi Hallensis super infamia contra eos exorta ex nece et captiuitate Domini Burchardi Archiepiscopi quondam Magdeburgensis — iuste ex canonice processisse —. — Lecta et lata est hec sententia per nos — Anno MCCCXXXVIII^o. in Ecclesia nostra Havelbergensi, XVI. die Nouembris.

Nach Dreihaupt, Besch. d. Saalkreises I, 64.

LVIII. Vergleich des Grafen Heinrich zu Schwerin mit dem Markgrafen Ludwig über die Ausföhnung der Edlen Herrn zu Wenden und zu Puttitz, vom Jahre 1339.

Wy heinrich, von der gnade gotes grefe tu zuirin, Bekennen in desser scrift, dat wy gededinget hebben mit vsem heren margrefen Lodouig von Brandenburg vnme alle ere feelinghe vnser oeme von wenden vnde von potleft alius dane wis: se scolen vnder lanc louen vnde holden eyne stede gancoze sune. Were dat eyne vp den andern icht seledede, eyn scal dem andern don minne oder recht vor vsem heren margrefen Ludonige von Brandenburg: vnde alle vanghenoscalen los sin an beyden syden, vnd alle dignisse, de vt genomen is, dat scal also bliuen, vnde die nicht vtgenomen is, de scal los wesen. Were ok dat eyne dem andern desse sone nicht holde, an wem dat breke, dat scal vnse vortprokene here vnde wy vp behulpen wesen met alle eren hulperen, by name mit hern Jan von pleffe, hern wedekin van plote, riddere, vnde hinrich von bulawe knape. Vnde dat dyt stede etc. Datum prizwalg, anno domini M^o. CCC^o. XXXIX^o, feria IV^a. post Jacobi.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig (im Geh. Staats- und Cabinets-Archive) tit. Zwirin. Holtfacia. Vgl. Gercken's Cod. III, 281.